



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Eius internum animi gaudium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

garet, ad 27. Septembris anni 1617. legique non modò in schedis manu scriptis, sed & in chartis typo pressis, à pueritiâ vouisse eum Deo Virginitatem à puero consecrat. virginitatem suam Deo, ad honorem Virginis Matris. De quâ Virgine conuenerat inter ipsum, aliosque Nouitios (quod Tyrones illi non obscurè præ se ferebant) vt per omnem occasionem in sermone loquerentur; quod præstabant non minore fide quàm feruore: & Ioannes quidem, in hoc peculiari Virginis Socios ad B. Virginis & S. Iosephi cultum pertrahit. cultu magnos indies habebat progressus (quod alibi ampliùs dicitur) & ob Virginis amorem sancti quoque Iosephi affectum Eius internum animi gaudium. cum ipse induit, tum in alijs hortatu suo excitauit. Tantis illi pectus circumfluebat lætitijs, cum vel secum reputaret, se Deo in Religione seruire, vt subinde in cubiculo, agendis Deo gratijs vacans, in risum suauissimè solueretur; quòd verò reddendis pro tanto Sanctorum opem adhibet ad agendas pro se gratias Deo. uocationis beneficio gratijs se imparem longè sentiret, Sanctorum suorum tutelarium gratiam interponebat, dolebatq; submississimè, tam insigni se Dei muneri non satis respondere: quin etiam ardore tanto religiosi status bona apud exteros commendabat, vt eius amplectendi cupiditate nonnullos inflammaret. Humillimè de seipso sentiebat; interrogatusque aliquando, num inanis gloriæ Expers uana gloria. lenocinijs subinde titillaretur; Ego, inquit, quæ